Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

spexit etiam. qui primo tribulis uel
castrorum arces hostibus suis fingit. quam
primissimum mundum xpistus predicauit. et
uniuersalem imperium destruxit. Nec
mirum uideri debet si nunc etiam sy
nagogam dicit. una est enim ecclesia in p
cedentibus et in sequentibus patribus. ¶
Apprehendam te et inducam te in domum
matris mee. Id est dilectionem per fidem et carita
tem tibi adherendo. Ducam te in domum
matris mee. Potest etiam hic loco celestis
intelligi. de qua paulus dicit. Illa autem que
sursum est iherusalem libera est. que est mater
nostra. Ducam te in domum matris mee
inquit. id est persequar te in celum resisten
tem. post peractum incarnationis et passio
nis mysterium. Ducam autem te dicit
pro eo id est deducam te et prosequar. quia
ascendentem dominum in celum apostoli oculis
deduxerunt. quousque nubes eum susceptum
pio aspectu preteriti sunt. donec angeli
astantes dixerunt. Viri galilei quid
statis aspicientes in celum. hic ihesus qui
a uobis assumptus est in celum sic ueniet
quemadmodum uidistis eum euntem. Ibi doce
bis. hoc ad superiora refertur ubi dixit. Inue
niam te foris. Cum inquit foris in
uenero te. hoc est cum te in assumpta car
ne aspexero. Ibi docebis me que ad omnia
que interrogare uoluero respondebis. Nam
sepe etiam uolentes interrogare a
postolos dominus preueniebat eosque in
struebat. Potest etiam adhuc lo
cum ingerere ubi dicit. Ducam te in
domum matris mee ibi me docebis. Cum

inquit celo receptus fuero et me quoque in
celum tecum assumpseris ibi me doce
bis in omnem ueritatem inducens. quia im
possibile est hominum in putri uita con
sequi posse. Hinc est quod dominus repromit
tit apostolis dicens. Veniet hora cum
iam non in prouerbiis loquar uobis sed palam
de patre annuntiabo uobis. Ergo ibi me
docebis. ibi te et patrem aperta uisione in
reuelabis. ibi te id est diuinitatem tuam
in facie ad faciem ostendes. ¶ Et
dabo poculum conditum ex uino. Per
uinum feruorem caritatis et dilectionis
intellige. Dabo inquit uinum id est eorum
quo feruentissima caritate te diligam
et hoc uinum non simplex erit sed conditum
bonis uidelicet operibus et uirtutibus. Nam
amor dei numquam est ociosus. Sicut beatus gregorius
dicit. Operatur enim magna si est. et si non gregorius
operari renuit amor non est. Vinum ergo
conditum est dilectio cum operatione. Vnde
dominus in euangelio. Siquis diligit me sermo
nem meum seruabit. Probatio ergo dilectio
nis exhibitio est operis. ¶ Et mustum mustum
malorum granatorum meorum. Malum
granatum id est et malum punicum dicitur idest
autem malum granatum. quasi multitudine
granorum sit plenum. malum punicum
quia in affrica plurimum habundat. Pu
nica enim ipsa est affrica. habet enim corticem
sanguinei coloris et ideo ut sepe dic
tum est figuram tenet dominice passionis
Mustum ergo malorum granatorum est di
lectio sanctorum martyrum. qui in tan
tum deum dilexerunt. ut pro illo mori